

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 89. Ex sexdecimanis quatuor Maduani Ducis Lutetiam venientis jussu
laqueo suspensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul. XVI. jus immanitatis nuntio mox Laudano
A.C. 1591. profectus magnis itineribus cum copiis
ductore Vitrio accurreret, ut hujus sce-
leris Auctores plecteret: cum autem
Dux sua itineris celeritate Sexdecima-
norum consilia præverteret, ac jamjam
sancti Antonii portam obfideret, his
nequidem reliquum erat deliberandi
spatium, quid factu opus esset, ut Du-
cem ab urbis ingressu arcerent; hic
enim jamjam cum mille octingentis Pa-
risios venerat.

§. LXXXIX.
*Ex Sexdecimanis quatuor Maduani
Ducis Lutetiam venientis iussu
laqueo suspensi.*

Thu. l. 102. Nez. abregé tom. 3. pag. 385. Ipse met Vitrius, qui Ducem comitaba-
tur, se regos in carcerem ducturum
pollicebatur, quamvis vero Didacus

Ibarra Hispaniæ Legatus eum horta-
retur, ut dissimulatione uteretur, ne
animi potius ad seditionem irritaren-
tur, quam in debitæ submissionis oble-
quio retineri possent: verum hic Ora-
tor operam ludebat, quippe Dux vin-
dicis justitiæ exemplum in hosce im-
probos constituere paratus præprimis
cum Bussio egit, qui etiam Duci Ba-
stilliam arcem tradidit, ea lege, ut
ob crimen suum in Briffonii cæde pa-
tratum nequaquam in jus vocaretur:

igitur

igitur fide interposita Dux arcis Burgum ^{Sæcul. XVI.}
sibi fidum hominem unacum præsidio ^{A.C. 1591.}
imponit, ac aliquot post diebus in no-
vem ex Sexdecimanis mortis senten-
tiam pronuntiat, die autem quarta De-
cembris hosce reos comprehendi jubet,
ex quibus tamen nonnisi quatuor capi
poterant: hi autem erant Luscarius,
Auruxius Mensarius, Emonotus Pro-
curator, & Amelinus, qui Luparam
conducti ibidem compressis laqueo sau-
cibus a carnifice necabantur, reliqui vero
quinque fuga elapsi sunt unacum Bussio
Clerico, qui vitæ periculum sibi im-
minere veritus Bruxellas auffugit.

§. XC.

*Maduani Ducis consilia pro firmando
auctoritate sua.*

Hac æqua severitate Maduanus Dux ^{Thu. l. 102.}
suam auctoritatem tantum firma-
bat, quantum Sexdecimanorum cru-
delitas foederatorum Duces populo
exoscos reddebat: equidem Joannes Bu-
cherus Parochus ad sancti Benedicti Ec-
clesiam ex foederatis vehementior cum
ingenti petulantia de Maduano Duce
querebatur, quod suos socios, quos
Martyres ob Dei caussam trucidatos
vocabat, atroci supplicio afficere au-
sus esset: verum Dux ei in responsis da-
bat, obediendum esse illis, qui in Re-

I. 4 figio-